



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita B. P. Ignatii Qui Religionem Clericorum Societatis  
Iesv instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Ipris Flandrorum, 1612**

5. Hierosolyma in Hispaniam reuertit, multisque eripitur periculis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45048**

Franciscanæ familiæ Patres, & Christianus ab iis ad hominem perquirendum missus, acriter eum increparent, solitam tamen animi tranquillitatem retinuit, quod Christum presentem & ad portam usque cœnobij præeuntem cerneret; quo viso, supra modum recreatus omnem cum gaudio molestiam superabat.

## CAPVT. V.

*Hierosolyma in Hispaniam reuertit, multisque eripitur periculis.*

**C**Vm autem peregrinus hic noster Hierosolymis in Italiam reuertetur, vt adulta hyeme, omnia glacie nivibusque concreuerant. Interim linea dumtaxat veste concisoque ad humeros thorace & tunica breuiore semiamictus, calceis pedibus indutis, cruribus nudis incedebat. Cùm tres porro in insula Cypro naues offendisset vescificari paratas, vnam Turcarum, Venetorum alteram, firmam illam omnibusque rebus egregiè instruam; tertiam modicam, male coagmentatam

mentatam & vetustate cariosam. In  
hanc conscendit Ignatius, propterea  
quod nauarchus Venetæ nauis cum  
propter egestatem repudiasset, addi-  
dissetque contumeliosè facetus: Si  
sanctitas eius hominum prædicationi  
responderet, calcaret pedibus freta si  
vellet, nihil esse metuendum, nullum  
vitæ discrimin aditurum. Tres igitur  
illæ, secundo quidem vento simul sol-  
uerūt, sed præcipitante iam die coorta  
est atrox & sua tempestas, qua Tur-  
cica cum omnibus omnino vectoriz-  
bus fluctibus hausta periit. Veneta in  
conspictu Cypri ad scopulum afflcta  
saluis tamen hominibus confracta est.  
Sola postrema, qua seruus Dei trai-  
ciebatur, anno c. 15.15.XXIIII. medio  
Ianuario Venetias incolumis tenuit.  
Hic paucis diebus cum restitisset, vi-  
se rursum commisit ut in Hispaniam  
remigaret, quindecim sexdecimue  
tantum nummis argenteis liberalitate  
cuiusdam donatus, pannique frusto ad  
fouendum stomachum nuditate & fu-  
goris asperitate languentem. Quo in  
itinere Ferrariam cum diuertisset,

redit  
in Ita-  
liam,  
sola  
qua ve  
heba-  
tur  
nauis  
salua-  
tur,  
aliis  
pere-  
unti-  
bus.

B 2      sacra-

Pecu-  
niām  
sibi  
dataā  
erogat  
paupe-  
ribus,  
ipse-  
que  
stipem  
quāri-  
tatē.

In His-  
pano-  
rum,  
Gallo-  
rum-  
que  
statio-  
nes in-  
cidit.

sacraque in æde supplex Deum oraret,  
mendicis quibusdam manus ad stipem  
porrigentibus largitus est quidquid  
pecuniarum acceperat; indeque eges-  
sus ostiatim ad cibum fragmēta panis  
precariō, suo more, quærere cœpit.  
mox Genuam profectus qua vel His-  
panorum vel Gallorum præsidiis cu-  
cta tenebantur (quos inter tota Gallia  
cusalpina graue bellum exarserat) nec-  
non ab Hispanis militibus compre-  
hensus vt explorator male mulctatus,  
& vt fatuus irrisus est atque contem-  
tus; sed & pugnis & calcibus homi-  
nem contuderunt, vehementer in me-  
dia verberum acerbitate gaudentem.  
Dimissus ab Hispanis, in stationes  
Gallorum incurrit, sed euentu dissi-  
mili, humaniter quippe ab iis habitus,  
tandem Genuam Deo duce peruenit:  
inde periculoſo & infesto pyratis mari  
Barcinonem reuectus, vt qui portus  
fuerat primus, idem esset eiusdem  
nauigationis extremus.

CA.